

A. M. 482 jurejurando, neminem se murmuris illius reum in Chanaanitidem deducendum profiteretur, quin & detenturum illos in deserto solidis 40. annis, donec genus illud univ. deleatur. Præcipit igitur, ut verso itinere, mare Rubrum petant. Populus obfistens, Chanaanitidem petit, sed ab Amalecitis, & Chananæis in fugam acti, instantes à tergo hostes Hormam usque habent.

2515 Populus moram in Cadesbarne diutius trahit: inde verso itinere mare Rubrum repetit. Hæc nomina stationum, de quibus apud Moysen sermo.

1. Rameffe, prima statio.	27. Methca.
2. Socoth.	28. Hefmon.
3. Etham.	29. Moferoth.
4. Beelsephon.	30. Bene Jacan.
5. In deserto Etham.	31. Gadgad.
6. Mara.	32. Jethebata.
7. Elim.	33. Hebrona.
8. Ad mare rubrum.	34. Afion-gaber.
9. In deserto Sin.	35. Statio ad Mozeroth.
10. Daphca.	36. Cades, five Aqua Contradictio- nis.
11. Alus.	37. Mons Hor.
12. Raphidim.	38. Selmona.
13. Sinai.	39. Phunon.
14. Tabera, five Incensio.	40. Oboth.
15. Statio ad Sepulchra Concupi- scientiæ.	41. Jie-abarim.
16. Statio ad Hazeroth.	42. Torrens Zared.
17. Statio ad Rethmam.	43. Bamoth Arnon.
18. Remnon-Phares.	44. Puteus.
19. Lebna.	45. Mathana.
20. Reffa.	46. Nahaniel.
21. Ceelatha.	47. Dibon-gad.
22. Mons Sepher.	48. Helmon-Deblataim.
23. Arada.	49. Mons Phafga.
24. Maceloth.	50. Kedemoth.
25. Tahath.	51. Sethim, five Abel-Satim.
26. Thare.	

In castris ad Cades-barne facilè seditio Core, Datan, & Abiron excitata est.

2552 Post iter 37. ferè annorum in desertis Arabiæ Petræ, & Idumæ, tandem Mozeroth ad Cades-barne perveniunt, anno 39. ab ingressu ex Ægypto. 1448

Moyfes iter per Idumæam, missis ad Regem Legatis, poscit: ille tamen acquiescere recusat.

Israëlita in Cades perveniunt, ubi Maria 130. annis nata, moritur. Israëlita penuriâ aquarum murmurant. Moyfes aquas è filice educit; sed cum ille simul & Aaron dissidere nonnihil de Deo viderentur, ambo ante ingressum in terram Promissionis ad interitum designati sunt.

Post Cades, altera statio ad montem Hor habetur; ubi Aaron 123. annis natus, primâ die mensis quinti moritur.

Rex Arad Israëlita aggressus plures captivos abducit.

E' monte Hor Selmonam veniunt, ubi erecto aëneo serpente, Israëlitis veneno angulum alatorum correptis Moyfes medetur. Hæc tamen alii in Statione Phunon contigisse credunt.

Succedentes stationes ordine sunt: Phunon, Obboth, Jie-abarim, Torrens Zared, Mathana, Nahaniel, Bamoth Arnon, Dibon-gad, ultra Torrentem Arnon, Helmon-deblathaim, mons Phafga, juxta urbem Kedemoth.

2553 Schon Rex Amorrhæorum, transitum per regionem suam Hebræis negat. Moyfes illum aggressus, totam regionem subigit. 1447

Og Rex Basan prælio cum Hebræis inito, vincitur.

Israëlita castra habent in agro Moabitico.

Balac Rex Moab, Balaamum ad imprecanda in Israëlitas mala accersit. Israëlita in fornicationis, & idololatriæ Beelphegor crimen incidunt.

Bellum Madianiticum.

Divisio regionis Schon, & Og in Tribus Ruben, Gad, & dimidiam Tribum Manasse.

Moyfes sedus Israëlitarum cum Domino innovat.

Moyfes annis natus 120. mense decimo anni Sancti moritur.

Huic

A. M. Huic Josue succedit, qui exploratores Jericuntem mittit primo mensis Martio, & Aprilis respondente.

Populus Jordanis vada die 10. primi mensis traicit.

Manè Josue ritum circumcisionis innovat.

Manna pluere cessat.

Primum Pascha post transitum Jordanis die 15. primi mensis. Jerico capitur.

Israëlita in monte Hebal altare erigunt, juxta Moysen præceptum. Josue 8. 30. 35. Deut. 27. 2. 12. &c.

Gabaonita sedus ineunt cum Josue.

Bellum fœderatorum Regum in Gabaonitas, quos Josue prælio vincit, precibus ejus sole, & lunâ immotis manentibus. 1446

2554 Bellum Josue in Reges Chanaan; quibus bellis integrum sexennium impendit. 1441

2559 Devictam regionem Josue inter Tribus Juda, Ephraim, & dimidiam Tribum Manasse dividit.

Promissam à Domino portionem Calebo concedit, atque hostibus ab eâ depellendis opem præstat.

2560 Arca Domini, & Tabernaculum in Silo urbè Tribus Ephraim statuitur. 1440

Josue regionis portionem assignat Tribus Benjamin, Simeonis, Zabulon, Issachar, Afer, Nephtali, & Dan. Ipse sibi Josue fortem determinat Thamnath Sara in monte Gaas.

Tribus Ruben, Gad, & dimidia Manasse regionem suam transjordanicam repetunt.

2561 Josue sedus inter Dominum & Israëlitas innovat. 1439

Josue moritur, ac vacuum populi administrationem Seniores, spatio triginta annorum, habent: quo tempore bellum Tribus Juda in Adonibefech contigit.

2561 His Anarchia succedit, cujus temporis spatio Danita urbem Lais occupant. Eodem temporis intervallo historia Michæ, atque data ab ipsius Ephod Idololatriæ causa incidit. 139

Bellum etiam duodecim Tribuum in Tribum Benjamin, in ultionem illate in uxorem Levitæ cuiusdam injuriæ.

Deus submissis Prophetis aberrantes à recto Hebræos reducere conatur; frustra tamen. Quare sub jugum hostium illos agi permittit.

2599 Prima captivitas Israëlitarum sub Chusam Rafathaim Rege Mesopotamiæ. Othoniel, prælio victo Chusan, populum à servitute liberat, 40. annis post obitum Josue. 1401

2661 II. Captivitas sub Eglone Rege Moab, 62. annis post restitutum ab Othoniele populum. 1339

2679 Aod oppressos revelat, 80. annis circiter post victoriam Othonielis. 1321

incerto III. Captivitas Israëlitarum sub Philistæis. Sangar populum liberat. 2719

IV. Captivitas sub Jabin Rege Azor, Desit post 20. annos authoribus Deborah, & Barach. Duravit ab anno 2699. usque ad 2719. 1281

2752 V. Captivitas sub Madianitis. 1248

2759 Populo liberando Gedeon à Domino suscitatur. 1241

Gedeon Israëlita jura dedit 11. annis, ab a. 2759. usque ad 2768. 1232

2768 Abimelech, filius Gedeonis, Regnum sibi in Sichem procurat. 1229

2772 Triennio post occiditur. 1228

2772 Thola Israëlita post Abimelech judicat 23. annis. 1205

2795 Jair Tholæ, in Transjordanis potissimum, succedit; atque 22. annis rerum potius est. 1201

2899 VI. Captivitas sub Philistæis, & Ammonitis. 1183

2817 Israëlita Transjordanos Jephthe in libertatem revocat. 1180

2820 Urbs Troje capitur, 400. annis ante primam Olympiadem. 1177

2823 Jephthe moritur, cui Abefan succedit. 1170

2830 Abefan moritur, atque Elon rerum potitur. 1166

2840 Obitus Elonis. Abdon præficitur. 1152

2848 Obitus Abdonis, post quem Eli Summus Sacerdos Israëlita judicat. 1151

2849 Samuel nascitur.

Sub eo judice, Deus Samsonem suscitavit. Natus est Samson Anno M. 2849. 1139

2861 Samuel cum Domino agere incipit. 1133

2867 Samson cum foeminâ Thamnathâ conjugio jungitur; unde coepta occasio muneris sui, defensoris nempe Israëlita, excedendi. 1132

2868 Messes Philistæorum immittit 300. vulpibus faces trahentibus absumit. 1113

2887 In potestatem Philistæorum, agente Dalila, veniens, ipse sibi, concussio Templo Dagon, pereunte simul ingenti Philistæorum turbâ, necem consciscit. Israëlita defendit spatio 20. annorum ab anno 2867. usque ad 2887.

Disert. Calmet. Tom. II. Ppp 2 Bel.

A. M.	484	Tabula Chronologica	A. Chr.
2888		Bellum inter Philisthaos, & Israelitas. Arca Domini à Philisthaeis captur. Eli Summus Sacerdos, post iudicatum Israelcm 4. annis, moritur. Philisthaei Arcam unà cum muneribus remittunt; quæ in Cariat-iarim deponitur.	1112
2888		Samuel in Ducem, & Judicem Israelis eligitur.	1112
2908		Israelitæ Philisthaos vincunt.	1092
2909		Regem à Samuele postulant.	1091
		Sauli Regnum fortitò obtingit, & in cætu populi Maspha consecratur. Urbem Jabes Galaad ab obsidione Ammonitarum Saul liberat.	
2911		Philisthaos è Machmas depellit.	1089
		Bellum Philisthaorum in Saulem. Israelis copiar in Galgalis coactæ visis hostibus terrentur.	
2919		Saul, reus transgressi mandati Samuelis, à Deo rejicitur.	1081
2930		Jonathas prodigio Philisthaos vincit.	1070
		David filius Isai nascitur.	
		Bellum Saulis in Amalecitas. Amalecitar vincuntur; sed Saul, quòd Dei iussionibus morigerum se non præbuerit, ab ipso rejicitur.	1059
2942		Samuel mittitur à Deo in Bethleem, ut Davidem in Regem Israelis inungat.	1058
		Bellum Philisthaorum in Israelitas. David singulari prælio Goliath occidit.	
2943		Saul gloriae Davidis invidens, ejus necem molitur.	1057
2944		David ad Achis Regem Geth confugiens, ibi tamen agnitus, in Moabidem secedit.	1056
		Abimelech, cæterique Sacerdotes à Saule occiduntur; Abiathar ad Davidem transit.	
		Ceila obsidione à Philisthaeis pressa, à Davide liberatur.	
2945		David in desertum Ziph confugit. Saul copias in illum ducens, accepto subita Philisthaorum irruptionis nuncio, abstinere ab eo persequendo cogitur.	1055
2946		David in vicinis En-gaddi se recipiens, Regem solitarium in obscuro antro, ubi ipse cum suis latebat, nactus, illam relinquit.	1054
2947		Samuel, 98. annis natus, moritur. Israelcm ante Regnum Saulis iudicaverat 21. annis; post Saulem verò ad 38. ultiores annos vixit. David in desertum Pharan secedit. Nabelis historia, David Abigaillem ducit; dein ad desertum Ziph transiens, in tabernaculum Saulis noctu sese insinuans, lanceam, & vas aquæ ibidem nactus, subripit. Tandem ad Achis Regem Geth aufugiens, Sicileg in sedem sibi suisque obtinet: ibique anno & 4. mensibus moratur.	1053
2949		Bellum Philisthaorum in Saulem. Saul evocari sibi animam Samuelis postulat. Prælio victus necem sibi infert.	1052
		Amalecitar, absente Davide, Sicileg diripiunt; sed mox David abeuntes insequuntur, & prædam omnem, & captivos recipit.	
		Isbofeth filius Saulis, agente Abnero, Rex salutatus, in Mahanaïm urbe transjordanâ sedem constituit.	
		Davidi à Tribu Juda regnum confertur; qui secundò in Regem inungitur. Hebrone regnat.	
2951		Bellum inter Isbofeth & Davidem, quod 4. vel 5. annis duravit.	1049
2956		Abner, relicto Isbofeth, cum Davide convenit; sed à Joabo proditio ne interficitur.	1044
		Isbofeth in suo lecto occiditur.	
		Universi Israclis Regnum Davidi confertur; qui proinde tertio in Regem Hebrone ungitur.	
2957		Jerusalem, pulsus Jebusæis, à Davide capta, in sedem Regni constituitur.	1043
2958		Bellum Philisthaorum in Davidem, Philisthaei prælio victi ad Baal Pharasim.	1042
2959		Arca Domini à Cariat-iarim in Jerusalem David ducendam statuit; sed in ædibus Abinadabi deponitur. Post tres menses tandem in Regiam Davidis domum transfertur.	1041
2960		David Templi Domini fabricam molitur; sed à Prophetâ Nathan monitus, consilium deponit.	1040
		Bellum sexennale Davidis in Philisthaos, in Adarezer, in Damascus, & Idumæos.	
2967		Bellum Davidis in Reges Ammonitarum, ob acceptam ab ejus Legatis à Rege illarum gentium injuriam.	1033
2968		Bellum Davidis in Syros, qui copiis Ammonitas juverant.	1032
2969		Joab obsidione premit Rabbath Metropolim Ammonitarum. David & in thorum Ura & in ejus vitam reus. Rabbath expugnatur.	1031
2970		Post natum ex adulterio Davidis cum Beth-sabee filium, Nathan commissum crimen Davidi exprobrat. David peccatum suum deslet.	1030
2971		Salomon nascitur.	1020
2972		Amnon, filius Davidis, Thamar ex patre soxorem violat.	1018
2974		Abfalom, sororis Thamar injuriæ ulciscendæ, Amnonem interficit.	1016
2977		Rogante Joabo Abfalom ab exilio revocatur.	1013

Ab-

A. M.	485	Generalis Historiæ Biblicæ.	A. Ch.		
2979		Abfalom in aula & coram Davide admittitur.	1011		
2981		Abfalom à patre descescit.	1019		
		Abfalom prælio victus à Joabo occiditur.			
		Seditio Sebæ filii Bochri operâ Joabi extinguitur.			
2983		Ab hoc anno repetitur fames in ultionem injuste necis Gabaonitarum per Saulem, à Deo immissa. Cessavit an. 2987.	1017		
2987		David populi cenium indicit; cui ambitioni puniendæ Deus tribus illi propositis plagis, unam feligere jubet.	1013		
2988		Omnia ad Templi ædificium necessaria à Davide parantur, quod in monte Sion, in arcâ Ornan, excitandum Divinitus intelligit.	1012		
		Roboam, filius Salomonis, nascitur.			
2989		Abisag Sunamitis ad fovendum Regem senectute frigescentem intro-	1011		
		ducitur.			
		Adonias Regnum affectat; sed jussu Davidis Salomon in Regem saluatur. Adonias ad asylum Altaris confugit. Salomoni Regnum & ab Israele universo, & ab optimatibus asseritur.			
2990		David annis natus 70. moritur. post exactos in regno septem annos cum dimidio Hebrone uni Tribu Juda imperans; & 33. annos Jerosolymæ, in universum Israelem ditone suâ prorogata.	1010		
		Salomon post administratum sex mensibus, unâ cum patre, Regnum, solus regnat.			
		Adoniam, postulantem sibi Abisag in uxorem, occidit.			
		Abiatharem à Sacerdotio removens, liberam sacrae dignitatis administrationem uni Sadoc, soli deinde Pontifici, relinquit.			
		Joab, nequicquam in asylo Templi se continens, occiditur.			
2991		Nuptiæ Salomonis cum filiâ Regis Ægypti.	1009		
		Salomon offerendis sacrificiis & precibus Domino Gabaonem se confert. Sapientiam à Deo precariò obtinet; simulque divitias, ne roganti quidem, Deus concedit.			
		Salomon de controversiâ oppressi infantis inter duas foeminas, se invicem accusantes, ita judicat, ut insignis prudentiæ sibi famam conciliet.			
2992		Hiram Rex Tyri cum Salomone de inito Regno per Legatos gratulatur. Salomon eâ occasione, ligna, & artifices ad ædificium Templi postulat.	1008		
		Templi fundamenta die secundâ secundi mensis, Majo & Junio respondentis, à Salomone jaciuntur.			
3000		Templi moles spatio septem annorum cum dimidio absolvitur; cuius tamen dedicatio, facillè quòd Jubilæo solemnisset, ad insequentem annum differtur.	1000		
3001		Dedicatio Templi Jerosolymitani.	999		
3012		Regalium Ædium, & filiarum Pharaonis, Salomonis uxoris, ædificium absolvitur.	998		
3029		Obitus Salomonis.	971		
		Roboamus in Regno succedit; statimque abalienatis à se Israelitarum animis, decem Tribuum defectionem causat. Jeroboam filius Nabat super decem Tribus Rex.			
A. M.	Ante Chr.	REGES JUDA	REGES ISRAEL	A. M.	Ante Chr.
3029	971	Roboam bellum in decem Tribus parans, Prophe- ta monitu abstinet.	Jeroboam, filius Nabat, Rex Israelis, cultu Dei abrogato, Aureos Vitulos dedicat.	3030	970
3030	970	Sacerdotes, & Israelitæ, quibus avita Religio cordi est, deserto Regno Israelis, in dittonem Juda migrant.			
3032	968	Roboamus frana laxat vitis. Sefac Ægypti Rex Jerusalem vi ingressus, Sacros Regiosque Thelæuros diripit.			
3033	967				
3046	954	Roboamo fato concedente, Abias succedit.			
3047	953	Abiæ de Jeroboamo victoria.	Jeroboamus commissum cum Abiâ prælio, 50000. militibus amissis victus recedit.	3047	953

RE-